



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

G.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

GLORIAE VANAE AV CVPIVM
quibus male cesserit.

PRinceps angelorum Lucifer plus æquo
ob naturæ gratiæ que dona elatus cum so-
cijs ad tartara deturbatus est: quo exemplo
Christus terruit 72. discipulos, cum gloriaren-
tur quod dæmonia ipsis subijcerentur.

1.

Luc. 10. 18.

Adam paradiso exterminatus est quod di-
uinitatem in scientia boni & mali suafu ser-
pentis affectasset.

2.

Gen. 3. 5.

Ezechias Rex quia Babyloniæ, Regis lega-
tis ex ostentatione quadam thesauros omnes
suos spectandos exhibuisset, à domino per E-
saiam prophetam grauitèr obiurgatus est, eiq;
denunciatum est omnes illos vna cum filijs in
Babylonem deportatum iri.

3.

4. Reg.

20. 13.

Quia Phariseus ex fastu quodam bona sua
opera prædicarat, & se publicano peccatori
anteponerat, Publicano à Domino postha-
bitus est, & iustificationis beneficio priuatus.

4.

Luc. 18. 14.

GVLOSI PVNIVNTVR.

vi. locū de
Ebricitate.

Filij Israel ob esum carniū concupitum
diuinam iram sustinuerunt. adhuc escę
eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascen-
dit super eos. Vniuersum genus humanum
gulæ primorum parentum pœnas
etiānum sustinet.

1.

Num. 11.

2.